



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XXI. Ab adulterij peccati consuetudine mulier abducitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

Virgini perpetuas gratias agens, in tam immortali beneficio praedicando reliquum uitae consumpsit.

## MIRAC. VIRG. XXI.

*Ab adulteriū peccati consuetudine mulier abducitur.*

**M**ilitis uxor, cacodaemonis impulsu, cum altero milite adulterium admisit. Post ali-  
quot dies diuino afflatu instincta, ob illud  
crimen, grauisimum dolorem cepit; statuitq. ab illo  
omnino se abducere. At non ita adultero decretum  
erat, qui naētus occasionem, dū mulieris maritus abe-  
rat, eam uti consueuerat, ad adulterium prouocauit.  
Cū illa minimè ei obtemperare statuisset, uī stuprū  
inferre conatur miles. ipsa, quae ab illius uiolentia  
se minimè tutam esse existimabat; ad castitatis reginā  
confugit, illam obsecrans, ut se à nefandis militis ma-  
nib. per sanctissima illa uerba, AVE MARIA,  
eriperet. His uerbis statim militis uires omnes pro-  
stratae, & abiectae conciderunt; ita ut eo tempore in-  
corrupta mulier euaserit; neq. amplius eam ipse po-  
steā, aut eius pudicitiam attentare ausus fuerit.

## MIRAC. VIRG. XXII.

*Adolescens, quem Satan in pudicae matronae amorem  
coniecerat, Virgine iuuante, se recipit.*

**T**Yro adolescentulus Veterano militi inferuiens,  
unā cum eo aetatem agebat. Is, licet forma ex-  
R 2 cellenti